

JEHOMA PROSPERANTE.  
PERMISSU A MPL. COLLEGII PHIL  
IN ACAD. CHRISTINEA FENNORUM,

טַלְכָה שְׁמִימָה

*sec.*

REGINAM COELI,

*Jer. 7. v. 18. & Cap. 44. v. 17. 18. 19.*

L U N A M

*esse,  
duce*

Mg. CHRISTIENO

A L A N D R O,

Eloq. Rom. Prof. Ordin. & Celeb

Propugnabit,

*Quo*

BRABEUM HONORES MAG. PHIL

*Consequatur,*

JOHANNES V. H. H. M. A. N. I.

In Diem 1. Decembris A. 1703. à nato Christo

ABOR, excud. JOH. WINTER Reg. Typ.

S: R: M:

Maxime Fido Viro,

REVERENDISSIMO IN CHRISTO  
PATRI AC DOMINO,

DN. JOHANNI  
GEZELIO,

S.S. Theologiæ Doctori Con-  
summatisimo, Inclytæ Dice-  
cesios Aboensis Episcopo E-  
minentissimo, Regiæ ad Au-  
ram Academiæ Procancellario  
Magnificentissimo,

Consistorii Ecclesiastici Präsi-  
di Gravissimo.

Dominus Mæcenati ac Patrono  
Benignissimo & Gratiostissimo.

*Felicitatem & Seros annos!*

Reverendissime  
Pater ac Domine

Quod informem hanc & incomptam opel-  
lam,

N O M I N E T U O ,  
per

Universum cultiorem orbem ;  
ob

Divinam sapientiam ,

Summum in Deum & Ecclesiam Zelum ,  
Maximam In Regem & Patriam fidem ,  
Celebratissimo ac Splendidissimo ,

Illustrare ausus sum ,

Duplex causa in promptu est :

Seilicet ipse Academicorum ordinis caput es ,  
Sub cuius umbra , nos studiis dediti , requi-  
escimus .

Et propensissimus tuus erga omnes Lite-  
rarum Cultores favor extat :

Quos ,

Magnificentissime Domine ,

instar solis,  
Claros suos in tenebras plantas radios sparsa  
gentis,  
Multis malis pressos benigne erigis.  
Quem hic prædicare desinam,  
quia animadverto fore,  
Ut pondere laudum, quas meruisti, obrutus,  
magis imbecilitatem ingenii mei de-  
tegam,  
quam tuam virtutem sicut par est ex  
primam.

Suspice itaque, hoc quicquid est, benigne,  
gratumq; ac humilium dantis affectum,  
non muneric vilitatem respice.

Pium, calidū & assiduū meum erit votum,  
ut diu

EMINENTISSIME DOMINE PRÆSUL,  
Vivas, Vigeas, Floreas,  
REGIS NOSTRI INVICTISSIMI (cui  
Deus assistat) AMOR,  
Patriæ grande DECUS,  
Hæreticorum TERROR,  
Christianorum COLUMEN,  
Clientulorum deniq; MÆCENAS summus.

J. P. H. M. A. N.

# MEMBRUM PRIMUM. ARTICULUS PRIMUS.



EUS O: M: eximiam sui notitiam, hominum mentibus, quo hi ad sui contemplationem excitati, ex accuratiori beneficiorum suorum pensatione se summum & verum Deum esse, verumque sui cultum in amore & timore sincero consistere, addiscerent; indelebili prolsus stilo per naturam impressit. Testantur hoc abunde satis, vehementes isti conscientiae mortuis, ob admissa horrenda quadam facinora, in hominibus etiam nulla lege obligatis: cuius vires tanta sunt in gentilibus, ut non solum obtineant vim legis, discrimin honestorum & turpium, dictantis, sed & clare monstrant eorum cordibus naturaliter inscriptum, Deum malorum vindicem existere. Præterea homines ceteris animalibus non præsta-

rēnt, si quod potissimum est ignorarent; illa quippe in nulla alia re adeo conspirare cernimus, quam in eo ut laudent & venerentur Deum. Hujus autem notitiae ductu cum consque pervenerint, ut unum Summum & potentissimum Numen dari statuant, eos ad cultum aliquem, ex amore illo erga Deum, naturaliter propendere nemo sanus, credo, inficias ibit. Ex naturā vero de unius veri Dei existentiā & cultu convicti, quod tamen tot sibi fixerint Deos, fecit, insufficiētia rationis corruptæ ad plenē comprehendendum Summum hoc & invisibile Numen; Ideoque falsis præjudiciis & cæcis imaginationibus immersa hoc vel illud objectum Διὸς τὴν ἀπ' αὐτῆς ὥφελειαν absque ulteriori examine sibi colendum suscepit. Deinde vulgo sibi perivalum habebant, Deum cœlo stellisque, tanquam Diis inferioribus, cunctarum rerum administrationem tradidisse. Tandem quod Philosophi, et si alias unum profiterentur Deum, semper ad palatum vulgi plurium facerent mentionem. Denique cum extra divinam revelationem mo-

modum colendi verum Deum non invenirent, in illarum rerum cultu, per quas maximis eos cumulare beneficiis Deo placuit, convenientissime & piissime eundem coli putarunt: Unde insignis mox Deorum ortus est numerus. Sed proh dolor magis dolendum est, quod etiam proprius Dei populus tam ex lumine naturæ quam gratiæ plus fatis gressus unum verum Deum adorandum esse, ad omnium fere gentium Idola invocanda se decipi passus sit. Inter quæ etiam fuit מלכת השמים *Regina cœli*, de qua jam breviter differere in animum induxi. Memor autem istius Arabum, Ordinatio, scientia supremus est gradus & hujus Rabb. כתב כל שדרה כל עבורה scriptum sine ordine & methodo, ager sine cultura est. Ita bono cum Deo procedere decrevi: Ut primo breviter enumeratis atque rejectis sinistre judicantium opinionibus, vera sententia deregatur ac probetur: dein varius hujus נב cultus apud varias gentes recensetur: denique quali Sacrificio hoc Idolum formæ Israelite honoratibz paucis inquiratur.

## ART: SECUND.

**D**E השם מלכת חסמים disquisitus, primo in vocis שמים etymologiam iuquiram, quæ originem suam juxta quosdam repetit ab Hebr שם ibi, illic, & שם aqua, q: d: illic super cœlum sc: congregatae sunt aquæ. Rabb: componunt ab ש ignis & מים aqua. Alii ש originem trahere existimant a קחש stupuit, obstu-  
puit cum coniuncto מים, quia stupendo modo aquæ illic detineantur. Piscator  
א שם miratus est, præ admirazione stupuit, Derivat: quod propter insignem  
vastitatem hujus corporis, adspicientes,  
ex admiratione, in stuporem rapiantur.  
**C.** Opitius cum accurationibus Philol:  
Arab. Schamma vel Schammava alius fuit,  
superne texie hujus Rad: esse dicunt, at-  
que שמים sign: corpus altum, superne  
segens, supereminens, in specie cœlum:  
Idque recte satis. Jam de voce מלכנת. In cu-  
jus originatione tradenda נציבות שווות  
החכמים sapientum sunt aequales. B: Doct: Luth: cum  
Forster ab הלק adivit, acescit, ire  
fecit

fecit, vel mutatione נ in נ & transpositio-  
 ne literarum מ ה ל itio, ambulatio, Rabb  
 Astron: motus planetarum, deducit; siqui-  
 dem commode per opus seu effectum ali-  
 quod cœli, ex singulari motu, concursu & in-  
 fluxu planetarum, magnam in hæc inferi-  
 ora vim obtinentium, proveniens, trans-  
 ferri putet. Ab hisce dissentunt R: D: Kim-  
 chi, D. Hulsemannus, Pagn: Ar. Mont:  
 Junius & nonnulli alii ab inusitate  
 לְאַמְּנָה derivantes: unde natum מְלָאכָה,  
 opus, ars, artificium, meton: opes, fa-  
 cultates, iuxta eos in Constr. pro מְלָאכָה  
 deficiente נ תִּלְכַּת מְלָכָת haberet: defendunt  
 hanc derivationem quo confidentius נ תִּלְכַּת  
 exponere ipsis liceat per opus & machinam  
 cœli. Verum cur in Solo Jeremia, in  
 unicâ hac voce toties litera נ deficeret,  
 qvum מְלָאכָת in sign. operis, vicibus plus  
 quam quadraginta cum נ adhibea-  
 tur. R. S: Jarchi, Deodatus & Vatablus  
 rectius ut puto ad, R: רְגָנָב regnavit, Rex  
 fuit, referunt, nihilominus tamen in  
 expositione errant: ille etenim stellam  
 aliquam magnam in cœlis præ cœteris  
 conspicuam, hi Solem, denotare existi-  
 mant

mane. Quos fere sequitur Piscator. Alii autem mens est Kircheri, is notissimam illam a Judæis ac gentilibus maxime cultam constellationem, Plejadum sc: aut Vergillarum, quam nomine בְּנֹתָיו cultam tradit: nec longe a veritate aberraret, si tabernacula seu tentoria, in quibus virgines corollis revinctæ & singulæ singulis in spatiis sedentes in honorem Veneris, eu- pientibus sui copiam fecerent, per בְּנֹתָיו explicare: ceu faciunt Strabo, Herod: Seld: & Pheiff: Aliqui Interpretum de Junone, Venere & Afrorum Cœlesti accipiunt. Alii volunt hoc nomine vel lunam una cum terra cultam fuisse, vel vocem בְּנֹתָיו non esse pure Hebr: nec cum Hebr: lingua convenire, sed esse nomen Idoli ab ea gente acceptum; quam in sacrificando huic Idolo Israëlitæ imitati sunt. Cl. Seb: Schmidius rem tanquam incertam in medio relinquit, tantum affirmat esse creaturam vel creaturas in cœlo, cui vel quibus fertilitas temperum anni, quo ad fruges & alia terræ naïcentia ab idololatriis adserpta fuerint, & sub formâ mulieris cul- tum

cum hoc Idolum, unde & terminatio &  
suffixa sunt fœminina.

## ART: TERT:

**O**ptimè rem acu tetigerunt Maldonatus, Sanctius, Lorinus, R. Abarb. Klotzins, Ritterhusius, Frisemuth, Rivetus, C: Disterichus, Pkeiffcrus cum multis aliis, qui הַנְּתָנָה natales suas debere afferunt R מלך unde fœm: מֶלֶךְ *Regina* Constr: מֶלֶכְתִּי & interpretantur per lunam, quæ certe præ aliis sideribus nomen Reginæ merita est; quandoquidem in expanso cœli in suo ornatu & Majestate instar Reginæ incedat, vicarias absentis mariti sui Solis partes in illuminandâ terrâ subeat, revolutione suâ Menses, sicut Sol annos, faciat, solaque nocturnas tenebras ( quod non potest infinita illa stellarum multitudo) dissipet: quapropter etiam in Scripturâ S. הַלְּלָה מֶלֶךְ in dominium noctis creata dicitur, & ab Aristotele Solis emula noctisque deus appellatur.

## ART. QUARTUS.

**N**ihil igitur obstat, quin luna, ~~magis~~ τὴν περὶ ἡλιου κονκάριαν, καὶ τὴν μετάληψιν τὸ Φωτίον, γίνεται γὰρ ὁπερ ἄλλοι ἡλιού ἐλάττων, propter solis societatem, receperuntque lucis, est enim quasi sol alter minor, nomine Reginæ cœli insigniti possit. Siquidem sol apud plurimas geneas, ut pote Phœnices & Carthaginenses, appelletur מלך seu בֶּל שְׁמֵי Rex vel Dominus cœli vel Punicè כל שְׁמֵי & בֶּל unde βηλ. Luna autem מלכת seu arque בָּלָת שְׁמֵי Regina vel Domina cœli & ab Horatio Siderum Regina bicornis: sub quo cognomento etiam aedes sibi sacras habuit in 13 Regionibus teste P: Vito: & verisimile non videatur, Gentiles, adeo superstitiones ad minimos quosque, à quibus vel paululum in rebus suis adjuvarentur, colendos, lunam, à qua sine dubio maximis se effici beneficiis animadverterent, sine omni honore divino reliquisse. Jam autem Lunam culturi (quod certum est) quo nomine eam potius honorare possent, quam uxoris

xoris seu Reginæ solis? quum hæc simul cum sole ad generationem reruni multarum conducat, & ut vitalis calor ab eo tanquam viro, ita humor ab hac tanquam fœmina proveniat. Objiciunt adversarii תְּהִמָּה (sol) esse fœm: יָרֵא (luna) vero masc: generis; atque præterea provocant ad autoritatem Excell: Buxtorfi, quem à R: לְאַת hanc vocem derivare affirmant. Alt hæc nihil huic assertioni derogant; quum juxta reponere queam שֶׁמֶשׁ quod etiam solem sign: esse masc: & לְבָנָה lunam fœm: præter hæc præsentem superstitionem non apud Hebr: sed gentes, quibus Sol Deus, luna vero Dea est, natam. Quod ad auctoritatem Buxt: attinet, respondeo me nul: libi in scriptis ejus reperiisse, ubi ex professio dicat, Rad: לְאַת וְהַד originem dare, sed tantum Leet: Benev: liberum relinquere judicium an ad Rad: לְאַת vel מלך reducere velit.

## ART: QVINTUS.

PRæter hæc quæ jam dicta sunt, clare satis ex ipso textu concludere licet, eos

lunam hic indigitasse. Dicit quippe Propheta (נ) eos consecisse כּוֹנוּם, i. e. placentas arte ⌈ curā non vulgari paratas; quas S. Crysostomus ἔπειτα, Olympiodorus πέμψαται cupedias (i. e. placentas aut panes ē ræelle triticique purioris similā confectiones, cujusmodi Ethnici in Neomeniarum festis Lunæ sacrificie, Herodotus & Lucianus scribunt) fuisse sentiunt. Et sacrificasse Reginæ cœli atque libasse ei libamina, hircos procul dubio & boves cornutos ad imitationem lunæ primo nascentis, juvencos, agnos aliaque animalia juniora, quæ cum suis libaminibus gentiles Lunæ immolabant; quia hæc sacrificia symbolica, eas accipiri animo accipere putarem; (ב) Quod in Civitatis plateis focos accenderint Israëlitæ, & filii cum Parentibus lugnaj collegerint, hoc moris Ethnici in Noviluniis usitati studio fecerunt, quos, cum Neowenias celebrarent, in plateis ante domos suas πυρκαῖας festos & lustrales ignes accendere solitos fuisse ex historiis constat. (ג) Ex hisce Prophetæ verbis Faciemus quocunque prodierit

718 ex ore nostro, adolendo Regine Cœli,  
 sum enim saturati sumus pavibus, & hilari-  
 res eramus id est vitam genialiter & ju-  
 cundè ducebamus, malumque non vidi-  
 mus, evinci omnino potest, eos pro  
 felici mensis integri decursu vota fecisse  
 , boni omnia causa primos hos men-  
 sis dies solenniter egisse, atque in his  
 epulis & hilaritati in lunæ honorem li-  
 berius indulsisse, serio nempè persuasos  
 omnia mensis ineuntis tempora & incep-  
 ta felicem eventum ex eâ religione  
 sortitura: quandoquidem hunc morem  
 in Neomenistarum festis obtinuisse cla-  
 rum sit, tam ex gentium Neomeniis,  
 quæ in Neviluniorum solennitatibus se  
 conviviis, ludis, choreis oblectare, o-  
 mnem latitiz occasionem accupari, nec  
 tantum sacra sed & vota facere, ut Ur-  
 bi publice & sibi privatim, fausta omnia  
 sequente mense evenirent, solebant. quam  
 morib⁹ Judæorum modernorū quivisa no-  
 vā Lunā inter vota quæ nuncupant alia em-  
 per clamant טוּב תָּהִלָּנוּ וְלִכְלֵי שְׂרָאֵל signum bonum esto nobis & omni Israël.  
 (ג) Etiam more gentilium propter hu-  
     jus

juſ R: C: cultus neglectum omnem miſeriam ſibi accidiffe, ſeq; gladio & fame consumtos impii hi Idololatrac dicunt, non in memoriam revocantes, Deum O: M: propter has Neomenias in lunæ heneſiem celebratas, aliaque eorum peccata minaturum fuiffe, ſe abolere velle, omne gaudium gentis, festa ejus, Neomenias & omnes ſolennitates ejus. Hisce aquâ ju- dicii lance ponderatis, impios hos Ido- latras nomine נָזֵל Lunam indigitaffe, ſatis ſuperque patebit.

## MEMBR. SECUNDUM.

### ARTICULUS PRIMUS.

**H**actenus de verâ & genuinâ מִלְבָחַד Nomenclaturâ & interpretatione actum, nunc paucis viden- dum, quomodo apud varias gentes va- riè ſit culta; cum exinde haud leve huic assertioni, accedat pondus. Antiquiſſi- mus certe cultus lunæ eſt, cui quippe mox fere à condito mundo vacarunt miſeri homines, de ulteriori consideratio-

ne D: O: M: quem mente sua plene comprehendere nequirent, non solliciti, cum etiam lōnæ imperium in omnia vitæ commoda delegatum, non sine admiratione suspicerent: Divinitatem itaque sensu metientes, hanc solam pro Dea, hanc pro tenebrarum & noctium, annorumque vicissitudinē ( siquidem motu solis ignorato, juxta hujus cursum tempora dividere cogerentur) & temperatum omniumque bonorum, dispensatrice, agnoscebant. Apud quas vero gentes cultus lunaris primum viguerit, non convenit inter Eruditos, nec est **אֶחָד מֵעַד וְשָׁנִים מִמְשֻׁפְחָה** *hūus ex urbe* & *duo ex familia* ut ajunt Rab: qui eandem tueantur sententiam. Alii Afris, nonnulli Phœnicibus, Græcis, Syris, Arabibus, SveoGothis, Babyloniis, Chaldais, Ægyptiis, primas partes vendicant. Major tamen pars Eruditorum, quibus & ego assentior, Ægyptiis, Chaldais & SveoGothis prærogativam tribuit. Pro Ægyptiis sequentia pugnare videntur argumenta. (N) Chamus, cui mox post Diluvium Ægyptus sorte cessit, ob deri-

sum

sum Patrem Noachum, benedictione;  
 opibus & religione paterna exutus, à Pa-  
 rente & fratribus in Ægyptum secedens,  
 primo eam excoluit, relictisque cultu  
 divino, cœlestia omnium primo suspice-  
 re & adorare, Solisque & lunæ cultum  
 instituere (in horum enim venerationem  
 semper proelive erat genus humanum,  
 & qui à vero Deo deficiebant, hæc primum  
 sibi Numinis anitro propensissimo adsci-  
 fcebant) proculdubio exorsus est. (5) Plu-  
 simæ gentes hinc suam religionem acce-  
 perunt: Chaldaei enim, Persæ, Arabes,  
 Phœnices, Syri, Babylonii, Græci aliæ-  
 que nationes Ægyptiorum fama & felici-  
 tate, quam indefesso & antiquo suo  
 Deorum cultu, sacrificiis, aliisque riti-  
 bus se accepisse jactarunt, excitati, in  
 Ægyptum, tanquam Celeberrimam sci-  
 entie divinæ simul & humanae Scholam,  
 se contulerunt, ut disciplinarum Sacer-  
 dotialium cognitione imbuti, earumque  
 ope arcanorum Isiacorum facti partici-  
 pes, eam quoque quam Ægyptii felici-  
 tatem consequerentur. Quinique Patri-  
 archæ quoq; in Ægypto peregrinati sunt,

& Mosen in omni sapientia Aegyptiorum eruditum fuisse S: Scriptura assert. (3) Omnes Eruditi, qui modo Philologorum & Historicorum cœtum visitarunt, & sacra oracula multoties, ab Oriente omnem religionem & superstitionem in diversas mundi plagas manasse, affirmant. Jam vero extra controversiam est, in Aegypto præ aliis Orientis regionibus, perpetuo cœlum esse serenum, & pluvias rarissimas; quæ igitur Regio, Idololatriæ inveniendæ & colendæ, aptior hac esse potuit, ubi Sacerdotibus in aprico aëre pernoctare licuit, & motus astrorum observare, atque ex horum aspectibus fertilitatem anni aliquæ plurima bona, vulgus ad indefessum cultum Deorum permoventia, polliceri. (7) Præterea Codex sacer, plurimis in locis, diserte abominationis Aegyptiacæ meminit, quia nempè Aegyptus origo fuit & principium omnis superstitionis, simulque ab hac in multas alias regiones cult⁹ Idolorum deductus sit. (m) Hoc insuper testantur antiquissimi quique scriptores: Ex quibus omnibus adducam

panem Lucianum in libr. de D. S. sic  
differenter. Πρῶτοι μὲν ὁν ἀνθράπων,  
τῶν ἡμῶν ἴδμεν, Αἰγύπτιοι θεῶν τοὺς ἐνοίην  
λαζῶν, καὶ εεργα τετράδαι, καὶ πυμένες, καὶ  
μανγούριας ψηφόδεξαι. Primi quidem homi-  
num, quos nos scimus, Αἴγυπτοι dicuntur  
& Deorum notitiam percepisse, & templo  
constituisse, lucosque & solennes conven-  
tus indixisse. Cui adjungam Herodo-  
tum, qui Αἴγυπτος primo oracula sacra &  
cerimoniae cepisse, primos etiam, aras, simulacra  
& delubra astris, statuisse scribit.

## A R T: SECUND:

**A**B ΑἴΓΥΠΤΙΟΝ igitur exordiar. Appellata  
est apud eos ut plurimum Isis, quod  
nomen Plutarch: Gracum esse & à scientia di-  
gum putat. Diod. Sic. ait signare antiquam  
sc: ab eternâ & antiquâ generatione; Alias  
quoque Isis Pharia, Domina, Regina, In-  
victa, Victoria, Triumphalis, Myrionyma,  
Linigera. Sacra ejus peregerunt fœminæ,  
quæ temet lavare & decem noctibus à ma-  
ritis separare; cum alias sine pieculo  
rem divinam facere nequirent, tene-  
bantur. Præterea etiam impuræ fœmi-

næ, in honorem Isidis corpora sua pro-  
 stituentes, Deam suam lucri stupro com-  
 parati, id sc̄: ejus templo consecrando,  
 participem fecerunt. Aedes, sibi sacras,  
 multas habuit; item columnas, monu-  
 menta, atque cippos in sui honorem e-  
 rectos. Seimel quotannis, in Urbibus  
 celebrioribus convenientes, festa in ho-  
 norem Isidis celebrabant. Præter cæte-  
 ra sacrificia, Isidi quoquæ immolaban-  
 tur boves, quia cornibus suis lunæ cor-  
 niculatæ speciem referunt; tamen boves  
 fœminas ei immolare non licet, nam Isidis si-  
 mulacrum muliebre est, bubulis præditum cor-  
 nibus: Herodotus. Ut constet Isidem ean-  
 dem cum luna esse, en paucis earum  
 convenientiam. Fœmineo habitu pin-  
 gitur Isis, quia Luna fœmina seu uxor  
 Solis vel Osiridis est, cum fasciolis va-  
 rii coloris, quæ varios Lunæ aspectus no-  
 tant, & corona radiata, signo, vel lunæ  
 corniculatæ, vel lucis lunaris & propriæ  
 & a Solæ acceptæ, vel sanctitatis & Di-  
 vinitatis, sub quâ sunt cornua duo, lu-  
 næ illuminationes falcatas indicantia:  
 color autem fuscus circa coronam & ni-

græ vestes, vel occultationes & obumbrationes designant, vel quod radii lunares non ex se existant, sed alieno Solis lumine ogeant.

## ART: TERT:

**R**elicis Ægyptiis, PHœNICES visitabō, Illi Lunam insignierunt nomine A-STARTES: quod originem suam debet vel Syriacho *Astaruth*: hisce maximam fœnerantur lucem verba prelata à Mor Isaac Syro in ejus Cosmographia: *Astaruth* est Sidus de sepeem errantibus, que etiam vocatur genetrix vel obsterix, eo quod ipsa velhr Mater sit omniam rerum, omnium productrix, omniumque in mundo sunt nutrix & conservatrix, vel Hebr: *אֶשְׁרָה* lucis, quod scilicet hæc Dea præ aliis maxime culta sit in lucis, & quidem plurimis in locis tam in Syria quam Europa, unde à pluralitate locorum nomen plurale sit nacta: autore Seleno. Vocem *אֶשְׁרָה* omnino, præter significationem luci aliasque plurimas, etiam denotare Astarten vel Astartes simulachra, patet & ex I. Reg: 18: 19, ubi de Prophetis Baal (Solis) & *אֶשְׁרָה* (lunæ) quo,

quos, ad Eliam, in montem Carmel, se  
conferre non permisit Iesabel, & ex Jud.  
3: 13. Cap. 3: 7. 1 Sam. 7: 4. si hæc loca  
parallelæ accuratè examinentur. Ean-  
dem vero cum Luna esse apparet, tum  
ex Testimonio Luciani Samos: in libr:  
de Deâ Syria, Eni ἡ καὶ ἄλλο ιερὸν της Φοινί-  
κη μέγα, τὸ Σιδώνιον ἔχεται, ὃς μὲν αὐτοὶ λέ-  
γουσιν, οὐτέρην δὲ ἐγὼ δοκέω σε-  
λαῖνην ἔμπειν. Et aliud exemplum in  
Phœnicia, quod Sidonii habent, atque ut  
ipſi dicunt, est Astartes, Astartem autem  
ego puro lumen esse. Et Herodiani L: 5.  
Cap: 6. Hanc sc: Lunam Afri vocant Uraniam;  
Phœnices Astroarchen, ( quod nomen cui  
melius convenit, quam Luna, qvum  
hæc Regina sit reliquorum Astrorum )  
Lunam esse affirmantes. cum ex insigni-  
eius, cornuto sc: capite tauri; Astarte e-  
cum capiti suo tanquam regni insigne tauri caput  
imposuit, Euseb: ex Sanchumistone. Lu-  
nam autem corniculatum taurino capite  
repræsentari, טור טורה רזומן luce  
meridiana clarissima est.

## ART. QUARTUS.

R Ecta via hinc pergerem ad Arabes,  
B 2 nisi

nisi me paululum detinerent AFRI, eam  
 Reginari.e.Cœlestem vocantes. Ceudocent  
 Philastrius Hæres: 35: *Alia hæresis est in Ju-*  
*deis, qua Reginam, quam & fortunam cœli nun-*  
*cupant, quam & (Idiomate sc: suo) Cœle-*  
*stem vocant in Africa, Et Tertullianus in*  
*Apologet: Unicuique provinciæ & civitati*  
*suis est Deus, ut Syriae Astartes, ut Arabiae*  
*Dyssares, ut Norici Belenus, ut Africæ Cœlestis.*  
 Cui alias quoque nomine Cœlestis  
 Virginis & pluviarum pollicitatricis ve-  
 nit. Nomen Cœlestis, Lunæ indidisse  
 eos puto, vel à loco, Cœlo sc: ubi splen-  
 der, Gentiles enim Cœlum palatum  
 Deorum esse credebant, & omne quod  
 in Cœlo videbant, Deum esse putarunt.  
 Vel à mirabili ejus in hæc inferiora effi-  
 ciaciâ, ex diutina quippe & accurata ob-  
 servatione animadverterunt, eam lumi-  
 ne suo tenebras pellere, suo tepore &  
 salutari humore sata & res alias Solis æ-  
 quâ combustas refocillare, fluxum etiam  
 & refluxum maris à Lunæ potestate depen-  
 dere. Jam ARABES Iustrabo, qui solos pro Diis  
 habent, Dionysum & Uraniam. Ac Dionysum  
 quidem Urotals, Uraniam vero ALILAT appellant,  
 dicens

digente Herodoto in Thalia. Ei succentur quoq; Arabs Abensibal A stemoni, qui sic insit: *Serviebant antiqui, inter alios falsos Deos, etiam uni quam Alilath vocabant, & ajebant illam lunam esse, appellabant autem eam Alilath, eo quod ipsa Domina sit & Regina noctis.* Hæc vox sive ab Arab: Alilath nox, vel Hebr: לילית nox, vel לילית Deus Deave, vel ab אלהן אלה Numen Numismum deducatur, perinde erit. Varia luna obtulere sacrificia, in solennibus diebus in honorem ejus indictis, & festa celebravere. Die nempe sexto Mensis Nisan mactarunt taurum, quem deinde occidente sole comederunt: mense decimo eis Canum alter sacra fecerunt Lunæ. Præterea, uniuscujusque mensis die 27, cum nempe Novilunium apparere cœpit, egrediuntur in templum quod habent in Monasterio Cadensi, ibique gen divinam faciunt Σελήνη id est Lunæ.

## ART QVINTUS.

**N**unc pergo ad ROMANOS, Quibus LUNA dicta est. Varia quoque alia nomina, à diverso ejus in hæc sublunaria effectu

effectu, ei imposuere; Cujusmodi sunt,  
*Juno, Lucina, Venus, Diana, Hecate, i-*  
*tem Soror, Uxor & Regina Solis.* Quo  
 respectu Luna, quo vero Diana & He-  
 cate nominata sit, egregie monstrat Pru-  
 dentius Libr: i. contra Symm: Quos ver-  
 sus adducere non pigebit.

*Terque scias eadem variare figuram.*

*Denique cum Luna est, sublustris splendet amictu,*  
*Cum succineta jactat calamos, Latonia Virgo est.*  
*Cum subnixa sedet solio, Plutonia Conjunx,*  
*Imperitat Furiis & dislatat jura Megara.*

Lunæ & Soli primus ædes consecravit,  
 T. Tatius Sabinorum Rex, & Noctilucæ  
 nomine culta est in colle Palatino. Apud  
 Græcos quoque Solenni religione  
 templa ei ædificata sunt, & Taurus vi-  
 etima datus. Plura de ejus festis, victi-  
 mis & Templis, tam apud Romanos, quam  
 Græcos, adducere supersedeo. Cum de  
 his satis agant in suis scriptis Historici &  
 Poëtae, quæ consulat Lect: Ben: si placet,

## ARTICULUS SEXTUS.

Am ad nostros Majores, Svecos sc. &  
 Fennos me confcio, Hos Antiquissi-  
 mos

mos esse populos, argumentis firmissimis probavere Doct: P: Bång Olim Episc. Viburgensis in suo libro de Priscorum Sveo-Gothorum Ecclesia: D: Rudbeck. in sua Atlanticâ: Generos: D. M. Gyllenstolpe in descr: Sveciæ. Quæ hic ob brevitas operis repetere non possum, sed B: L. ad eos mitto. Quod autem Solem atque Lunam coluerint nostri majores, non mirum est. Aspectu enim & colloquio Supremi numinis privati, ex mentis imbecillitate, in admirationem horum prolapgi sunt; cum hæc interdum sese occultare, interdum manifestare, se in horum absentia plurima pati mala, hæc lucis, caloris, terrumque multarum, ad vitam, cum hominum, cum animantium, tuendam necessiarum, fontes esse, comprehenderent. Primum de SVECIS. Tisuli hujus honorarii hic plurimi erant, & quidem præcipue Mæne / Tüngel / Fylle / Nanna / Horne / Item Himmelens Drottning sicuti terra appellata Jordenes Drottning. Nec non Solens Frigga eller Frilla. adhuc Uveh Óga. Dies sacros & festa ei dicarunt plu-

rima, præcipuumq; erat, festū illud magnū & commune, in honorem Solis, Lunæ, Terræque, in plenilunio celebratum. Unde & multi rati sunt, lunam majori honore maestatam fuisse, quam Solem aut Terram, siquidem plenilunia tam accurate & solenniter observabant. Convivia splendida & magnifica in memoriam annorum 19, quibus paraetis, sol & Luna, quorum honoribus istæ omnia consecrata fuerunt, ad eadem Novilunia & Plenilunia revertebantur, continuis 19 diebus, initio, à primo festi Julii die, facto, frequentarunt.

Præterea multum quoque temporis ludis celebrandis impenderunt, & continuis 19 diebus noctibusque mensas lautis cibis onustas, reliquerunt, persyasi, à Sole, Luna, Terræque, iterum eis uberem annonam & proventum omnium rerum redditum iri, toto isto revolutio-  
nis cycli tempore. Inter victimas, quarum insignem habuere numerum, præcipuae erant victimæ humanæ. Homines autem immolando, primum, ut terræ gratificantur, puto Sacro immer-  
ge.

gebant: postea in honorem Lunæ in luce sacro suspendebant: tandem quo hoc sacrificium etiam Soli acceptum fieret, igne cremabant. FENNOS quoque Lunam coluisse certum est. Operæ pretium erit allegare Testim: M: Mich, Agricolæ Episc: Wiburg: quod nobis tradidit D: P: Bång in citato libro; Is in præfatione sua ad Psalm: David: Fennorum Deorum & Dearum nomina & officia rhythmicè enumerans hæc quoque subjungit.

Pälweltin myös valjo munta/  
Kiwei/ Cannoi/ Låhdet/ Aluringot/  
Ellulta /

quod sic Svetice exponit, D: Bång.

Fast mera dyrktes Stiernor och Måna/  
Med Solen den stoora Hjñels kona.

Libenter adhuc enumerarem, quomo<sup>d</sup>o apud Saracenos, Gallos, Germanos, Persas, Americanos & alias omnes nationes per universum orbem, divinus honor lunæ tributus fuerit. Cum vero tempori brevitas id prohibeat, & omnis מאריך תרווית molesta sit, ea omitto.

MEM.

# MEMBRUM TERTIUM.

## ARTICULUS PRIMUS.

**J**uxta instituti rationem, breviter quoque, quali sacrificio, hanc Reginam Cœli, Israelitæ honorarint, explanabo. Istraëlitas voto se obstrinxisse, ad hæc libamina offerenda, exinde probari potest, quod dicant se huic suffire velle & libare libamenta, ne ultra Omni bonorum afflentiâ careant, æ fame & gladio consumantur, sed ut, sicut antea, sibi bene sit, Nec obstat phrasis Biblica נָשָׂעַת כָּל הַרְכֵר אֲשֶׁר יִצְא מִפְנֵי faciendo faciemus omne verbum, quod exiuit ex ore nostro, quin hæc assertio firmo stet calo; cum non quemcumque sermonem, ut jalias solet, sed vera proleta de faciendo sacrificiis in honorem Reginæ Cœli, demoret: ac hunc quidem sensum hic omnino amplectendum esse iudeat v: 25. ubi hæc phrasis explicatur. Duplicis meminit Propheta sacrificii, aridi nimisrum & liquidi. Aridum describitur pri-

mo vocabulo לְקַטֵּר ad adolendum vel suffiendum quod a Rad. קָטֵר adolevit, sufficit, suffitum fecit, Leighius sacrificavit & quasi odorem gratum Deo exhibuit, in sumum aut vapores resolvit odoramenta. Materia suffitus procul dubio erant thus variaque aromata, quae incenderunt ut grato hoc odoramento Idolum suum placarent. Deinde nomine כּוֹנִים, quae vox in tota S. Sc. non nisi bis apud hunc Prophetam occurrit. Aliqui id originem suam trahere existimant à Rab: כּוֹהֵן incendit, accendit, aduffit, atque sic ad faciendum accessiones, vel ad faciendum Collyrides, quae panes ad ignem torrefacti sunt, vertunt. Plerique ab Hebreo apeavie, paravit, preparavit; quod parabiles sint, vel quod figura iustis stellæ in cuius honorem offerebantur illis imprimiceretur. Nec desunt, qui à דְּאֶשְׁטָרו, quod idem cum מֶלֶכֶת esse putant, & à mulieribus cultum, deducunt. Non nulli à Rab: כּוֹן, intendit, intentus fuisse, studio vel studiose & data opera aliquid egit, derivant; quia illis conficiendis

maximopere & certatim quasi essent intenti & defixi, vel omnes suas cogitationes unice eo referrent, & plane anxi essent, quomodo hæc bene conficerent & ordinarent. De hujus vocis interpretatione non minus inter se digladiantur docti, quam de vocis **תְּבִלָּה**. Rab: Sal: Jarchi, cui suffragatur Hugo Grotius, his placentis effigiem magnæ cujusdam stellæ, quam & Reginam Cœli dixerint, fuisse impressam, refert. Fran: Junius liba quædam *exviza* seu certas for expressas habentia, pro ratione Idolorum, quibus erant offerenda, appellat. Forsterus & Avenarius peculiarem radiem fuisse dicunt. Olympiodorus Πέμπανη, quæ vox in genere notat Omne id quod coquitur, in Specie vero certum quoddam placenta genus ut vult scapula, vocat. Crysothomus & Tremellius per πόπανα vertunt, quas Suidas πλακέτα πλατεῖα καὶ λεπτὰ καὶ ωφερῆ Placentas latas, tenues & orbiculatas fuisse, ac in sacrificiis usitatas ait. Alii per πόπανα effigiatas illas apud Romanos placentas, effigiem Idoli illius, cui libabantur, continen-

tinentes, intelligunt. Seb: Schmidii ferre ea est sententia, quod vox non  
 sit pure Hebr: sed assumta ab iis gen-  
 tibus, unde iste cultus acceptus sit à Ju-  
 dæis. Placentas, ex farina & aqua sub-  
 actas, quinimo oleo & vino commixtas,  
 pistas & effigiatas, in Lunæ honorem  
 oblatas, (forte etiam peculiaris formæ  
 & speciei, atque in solo hoc cultu Idolo-  
 latrico usitatas, peculiare siquidem no-  
 men fortiti sint) per ḥ omnino indigi-  
 tari ex ipso texu probari potest. Ubi hæc  
 occurruunt בזק לעשות כוונם de-  
 psunt massam (vel ut alii subigunt, con-  
 fundunt, conspergunt, pastam, consper-  
 onem. Quidam adipem q. d. mulieres  
 pinsunt farinam optimam, quæ adeps  
 frumenti dicitur Deut. 32: 13. Ps. 81: 17. )  
 ad faciendum placentas. Præterea nihil  
 obstat quin hoc dicere possim, cum  
 Græci quoque placentas hujusmodi effi-  
 giatas lunæ sacrificarint, quæ exinde  
 Σελῆναι i. e. placentæ lunatae vel effigiem  
 lunæ habentes appellabantur.

## ART: SECUND.

**A**ltorum Sacrificium erat liquidum & venit nomine נָסָך libaminis, quod oritus à Rad. נָסָך Fudit, effudit, perfudit liquore aliquo, libavit, obculit Deo liquida, aquam, vinum, oleum: applicatur in Scriptura ut plurimum effusioni libaminum in Sacrificiis Judæorum. LXX vertunt σπενδρή, quod juxta Svidam est οὐα ἐκχυτις ἐπὶ τιμῇ δαιμόνων vini effusio in honorem Deorum. B. Doct. Lutherus Tranckoffer. Quid autem libarint ex textu non constat, probabile tamen est eos libasse יְיָ נָסָך vinum libaminis, sic appellant Hebræi omne vinum quod idolatriæ inservit: & oleum, eum hæc, tam in sacrificiis Mosaicis Deo vero oblati, quam gentilium, usurpata sunt. Sic מִבְנִיתָא רְרוֹיְשָׂא וְעַד טוֹפְרָא דְכֻעָוָת a pilo capitis, usq; ad ungues pedum, ut a-sunt Rabb: seu ad finem hujus operæ per Divinam gratiam perveni. Quod si non sint limato adeo & florido stylo ut oportuit elaborata, facile veniam dabis L.B. si modo brevitatem temporis repudaveris

paveris. Boni itaque , exilem hunc laborem consule , nec, sicuti pessimus mos est seculi , malevolo dente carpe , quod hic non nova aliqua & prorsus antea ignota apparet; id quippe nec praestare valent Viri Eruditissimi , multo minus ego , cum nibiljam dicatur , quod non dictum sit prius : sed potius Deo supremo , cœli terræque Creatori gratias devotas age , quod ex immensa sua gratia & misericordia , nos , hisce errorum tenebris pulsis , verbo suo salvifico illuminarit , & indefessè precum

Thura liba , ut ad seculi finem hac  
gratia nobis frui  
liceat,

Πάτερ ἀγίαστον ἡμῶν ἐν τῇ ἀληθείᾳ στέ,  
Οὐ λόγος ὁ σὸς αλήθηιά ἐστι.



